



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

## TRACTAT.

35

oes per singulos parietes Ecclesiæ de  
codem oleo, & sic consecratione, al-  
bo velamine incensum, orationes.  
oleum, gratia spiritus sancti. Crux  
per quatuor angulos facta? Christi  
passio per quatuor climata mundi  
declarata. ve'amen album, immor-  
talitatis gaudium.

## CAP. XLI.

**P**ost sollemnitatem vigiliarum sequitur de impositione reliquiarum. Unde canon dicit, quod alaria euertatur, in quibus reliquia imposuit nullæ probantur, &c. quæ sequuntur. Sanctorum enim membra & corpora vera Dei sunt animata tempora, per quæ diuina accipimus responsa coningis, & donata agitur in cordibus eorum memoria. Et ideo Ecclesiam dedicatam intrantes, ut oremus dignum & iustum est, ut eos, quorum ibi viget memoria, praesentes in cordibus habeamus,

Solemnitatem vi  
giliarum  
sequitur  
imposi-  
tio reli-  
quiarii.

36 DE OFF. EPISC.

**Num. 19.** ut per eos vel ad votum, vel ad meritum impetremus: Unde & in legge, qui tingebat mortuum immunis erat. & in Canone præcepitur, ut Ecclesiam, ubi paganus sepultus est, consecrare non liceat: & siue fidelium, siue infidelium corpora ibidem sepeliantur, exponantur, & eyciantur; & postmodum sicut moris est, sanctorum reliquie immit-

**Eccl. 44.** tantur. Non enim dicendum est eos esse mortuos, quorum animæ sunt in manu Dei. Et de quibus scriptum est: Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & vivent nomina eorum in aeternum.

C A P. XV.

De præparatio-  
ne Epi-  
scopi ad  
Missam,  
sine qua  
non sunt  
Ecclesiæ  
dedicadæ

**S**equitur de officio Missæ, sine qua non sunt Ecclesiæ dedicandæ. Et quia satis appareat, unde sumuntur illa, quæ in ipsa Missa cantantur, idèo generaliter aliquid in dedicatur. Imprimis igitur se præparat